

Statuta Dominorum Ducum Masovie

Anno Domini 1426. Dominica ante Festum Sancti Domini
nici Confessoris gloriosi, in Zakrocim. Nos Johannes Dei Gratia
Senior Dux Masovie &c. Semovitus Troidenus et Wladislaus
eadem gratia Duces Masovie cum Baronibus Consiliariis
Nostris parte ab utraq[ue] convencione celebrata. Statuimus, laudamus
solemniter et ordinamus articulos infrascriptos, ad utriusq[ue] partis
utilitatem.

85

Vector si Thelonem pertransierit, aut aliquod
scelus perpetraverit bona propria amittet
et non mercancias

Item primo laudamus statuimus et pronuntiamus, quod quoscunq[ue]
cumq[ue] et quomodocunq[ue] vectores, quicumq[ue] aliquas res mercancias
sive bona cujuscumq[ue] generis speciei, ponderis vel valoris, per
mercatores, sive per institutores, vel alios quoscunq[ue] homines ipsos appo-
sitos seu apposita, sive tales mercatores sint Ducatus Masovie
indigeni sive extranei, ex vectigali per partes Ducatum predicto-
rum, deduxerint, et talis vector si Thelonem non solverit, aut
clandestine pertransierit, aut aliquod scelus sive nefas commiserit
ceterum solum bona ipsius vectoris que portavit secum ibidem ha-
buerit, ad illum Dominum in cujus Ducatu haec perpetraverit
perdet et amittet, mercibus et rebus alijsq[ue] generaliter quibuscunq[ue]
bonis, sibi sic ut profertur ad vehendum appositis, semper salvo
que eidem mercatori non debent perdi et amitti.

Indigenae utriusque Ducatus non debent

Cittari aut arrestari in via, nisi ubi resident.

excepta violentia recepti.

Item statuimus laudamus et pronuntiamus quod de cetero quilibet
subditus Ducatum predictorum, ex utraq[ue] parte, cujuscumq[ue]
Status gradus et conditionis fuerit Christianus Judaeus, pro
quibuscumq[ue]

quibuscumque causis tam magnis quam parvis ad aliam partem
Ducatus, non debet citari, vel in via arrestari, vel iudicari nisi
in parte illius Ducatus, ubi talis residet capitali mansione, ex-
ceptis dumtaxat violentia recenti et flagrante, intra quam si quis
in continenti deprehensus aut captus fuerit, pro eo jus patet de-
bet inibi ubi huiusmodi violentia perpetraverit. Et etiam in
causis graniticis, quilibet in illius Dominio et Ducatu, ubi
tales granices fuerint, et non alibi citari debeat et iudicari verum
tamen si quis nobilium in utraque parte Ducatus bona habens here-
ditaria, et de hereditate sua, in qua personaliter non residet, alium
fecerit violentiam extorque talis in illo Ducatu respondeat et iudicetur
ubi eadem hereditas iacet de qua huiusmodi violentiam perpetravit

*Emetho aut oppidanus et quilibet Incola
fugiens in alium Ducatum restituat.*

Item si aliquis emetho aut oppidanus et quilibet incola seu subdi-
tus de una parte Ducatus in aliam clandestine fugerit vel
qualemcumque receperit juribus juxta consuetudinem Terre non
solutis, nec satisfaciens Domino suo a quo recepit sive fugit. Talis
incola sive oppidanus seu emetho abique omni iudicio et jure cum omni-
bus rebus suis, domino suo a quo recepit debet restitui juxta anti-
quam consuetudinem terre, dum per scabinos illius Domini a quo
fugit de huiusmodi satisfactione et fuga, fuerit protestatum sive
probatum.

*Molendinator annualis debet
restitui aut tres Mare pro eodem solvi.*

Item si aliquis molendinator annualis vulgo Roczny de
aliqua parte Ducatus in aliam a domino suo de molendino
fugient

fugierit. Talis Dominus apud quem repertus fuerit per iuratos illius Domini à quo fugit, monitus vulgo *de Stany* tenetur eum restituere, aut tres marcas solvere usuales, si autem eum non restituerit, penam quinquagenalem luet. Et nihilominus Domino illo, tres marcas solvet, a quo molendinator fugit et molendinatore[m] pro se reservabit.

Molendinator debet restitui.

Item si molendinator hereditarius sive perpetuus de una parte in aliam partem Ducatus fugierit, extunc ille Dominus à quo fugit illi Domino ad quem venit propriis iuratis debet intimare, vulgo *de Stai*, ut sibi eum restituat, sive omni exceptione et occasione, si vero non restituerit eundem, extunc tres marcas usuales illi Domino à quo fugit persolvat, contradictione qualibet procul mota, et utiq[ue] eundem molendinatore[m] restituere tenebitur.

Thelonea in utroq[ue] Ducatu a propriis non exigantur.

Item quandocumq[ue] et quotiescumq[ue] Terrigena aliquis vel oppidanus sive indigena et subditus Ducatum Masoviae, de utruq[ue] parte Ducatus de quibuscumq[ue] locis per flumen quodcumq[ue] cum quibuscumq[ue] rebus mercibus cujuscumq[ue] generis, vel speciei existant in roboribus sive truncis vulgo *na Kłodzince* appositis et oneratis ad infra defluxerit, talis defluens per Terras utriusq[ue] partis Ducatus, a quolibet amplexu vulgo *de pa-czyny* in solitis et consuetis theloneis tatummodo duodecim grosos Pragensem et tribuno grosorum unum solvat, si vero ille qui Theloneum exigat, et recipit, pro tempore non crediderit quod huiusmodi bona sunt propria illius deducentis seu

defluentis

desfluitantes, talis proprio juramento se absolvat et libere
pertransibit.

Cives Florenses a roboribus nil solvent à theloneo.

Si aliqui Cives et incole Civitatis Florem roboria pro constru-
endis edificiis in eadem Civitate per flumina in Ducatu Do-
mini Ducis Johannis transportari, et deducere provoverint,
talis ab hujusmodi roboribus nulla thelonea aquatica in locis
Theloneorum solitisolvere debent, si autem ille qui Theloneum
exigit, non crediderit, quod ista roboria in Stoczka pro edificiis
duxerit. Et tunc deducens talia roboria jurabit quod sua propria
sunt roboria pro edificiis, duxerit, et tunc deducens talia roboria
jurabit quod sua propria sunt roboria pro edificiis in Stoczka
construendis, et libere pertransibit cum eisdem ultra tamen
Stoczka non debet cum eisdem roboribus fluitare

De hominibus vicinis denigratis in Du- catum alium, fugientibus.

Item quia incole sive emethones, seu subditi utriusque ad alteram
partem, aliquibus vicinis, sive excessibus denigrati vulgo pre-
winnuszy są ac juribus terrestribus, censibus, solutionibus
subsidiis, Domini ipsorum non solutis, a quibus dudum
ante constitutionem presentis laudi per nos facti temporibus
jam prateritis receperunt, de quibus nos tantum ordinavimus
quod tales nullam habeant securitatem, intrandi in illam partem
Ducatus de qua fugerunt, nisi prius Dominis suis, a quibus fugie-
runt, satisfaciant pro omnibus iuribus et debitis.

De Jais dum

De Gaiis dum incola De uno Ducatu
in alio damna facit.

Item quando cumq; et quotiescumq; aliquis Terrigena et subditus, de una parte Ducatus in alia parte Ducatus in alio gaio suo per preconem inhibito aliquem hominem, damna facientem, sive ligna aut arbores scindentem deprehenderit, aut arestaverit. Ex tunc talis illi cuius gaium recidit a quolibet equa sex grossas, et a duobus bobus, et a securi, qui absq; peccoribus vulgo preprazata re, pertus fuerit, tres grossos solvere tenetur, cessante qualibet contradictione; si vero in sylva merica aut borea communibus ipsum arestaverit, et reperierit, taliter ligna sive robora exidentem et damna facientem. Ex tunc talis damna faciens a duobus equis sex grossos, a duobus bobus tres, et a securi unum grossum solvet et pagabit.

De peccoribus in frumentis aut pratis
in alio Ducatu recipiens.

Item si aliquis incola oppidanus, sive villanus subditus utriusq; partis Ducatus in bonis suis videlicet frumentis pratis aut in hereditate inhibita alius hominis peccora sive pecudes invenerit sive arestaverit, debet ea impellere ad forestam suam, et ille cuius fuerint, peccora sive pecudes, a quolibet equo unum grossum et a quolibet bove et vacca vulgo d. Skorzaczq, medium grossum, a quatuor omnibus unum grossum, similiter a quatuor capris a quatuor Anophis, a quatuor auriis unum grossum solvet et pagabit. Si vero ille cuius peccora alias bydlo impulsas fuerint, et huiusmodi peccora sua exemere neglexerit. Ex tunc ille qui ea impulerit ratione suorum damnorum, ea servare debet, videlicet ab heri

ab hora ad horam, vulgo od godziny do godziny et postea
ista pecora ad praedium ducate illius Ducis in cuius Du-
catu illa hereditas fuerit, in qua predicta pecora reperta
fuerint, depellat, et officiali Ducali ea representet. Et ta-
lis officialis ab illis peccoribus, tantum excipiet, quantum
et ille cui est damnum factum.

Dum Capitaneus aut Procurator incolam
alterius Ducatus detinuerit.

Item si aliquis Capitaneus Procurator vel iurisperitus aut
Officialis quicumque in parte utriusque Ducatum predictorum
existens, aliquem incolam cuiuscumque conditionis alterius
Ducatus ratione quorumcumque Ducatum excessum detinuerit
arrestaverit, et captivaverit, talis Capitaneus aut Procurator
vel quivis Officialis omnia et singula bona sua debet dare, ad
cautionem fidejussoriam, huiusmodi bona non dederit, tunc
talis Capitaneus Procurator aut Officialis ratione huiusmodi
inobedientiae unam sexagenam grisorum pene luet, cuius
sexagena medietatem, Domino Duci, et aliam medietatem
illi homini cuius bona non dedit ad cautionem fidejussoriam,
solvet et pagabit. Et si aliquid damnum habuerit homo
ille cuius bona ad fidejussoriam non sunt data, talis super
damno suo iurabit, et Capitaneus sive Procurator sibi solvere
damnum obligatur.

Foralia alias Taryowe solum a piscibus
et carnibus recipi debent.

Item statuimus et ordinamus quod de cetero Dominus
Iohannes

Johannes Dux predictus in Civitatibus et oppidis in Ducatu suo existentem et sui Officiales quicumque ab hominibus quibuscumque Ducum predictorum feodatorum suorum, ad fora Civitatum suarum visitantibus, a quibuscumque rebus mercantibus cujuscumque generis vel speciei aut valoris existant foralia dicta Targowe recipere non debebunt, carnibus et piscibus dumtaxat exceptis, a quibus juxta consuetudinem antiquam predicta foralia tolli debent et eodem modo Domini Duces feodari sui, Semovitus Nazimerus, Trvidenus, et Wladislaus, ipsorumque Officiales, ab hominibus quibuscumque de ducatu Domini Ducis Johannis, foralia recipere non debebunt. Carnibus et piscibus dumtaxat exceptis, a quibus similiter foralia recipient et levabunt.

Dum equus, bos, vacca a fure in alio Ducatu defenditur.

Item si aliquis Nobilis Terregena, vel quivis incolta, seu subditus Ducatum predictorum partis utriusque, equum vel bovem sive vaccam furtive ablatas a fure defensaverit aut reperuerit, ex tunc talis cujus equus fuerit, a quolibet equo duodecim grossos, et a quolibet bove vel vacca sex grossos reperuerit et defendenti solvet et pagabit.

De emethone tempore congruo omnibus juribus exolutis recedente

Item quancumque aliquis emetho sive incolta alterius partis Ducatus in aliam partem Ducatus a Domino suo tempore deputato receperit omnibus juribus, primitiis illi Domino, a quo recessit exolutis. Et tunc talis emetho cum omnibus bonis suis frumentis tritura ter et non tritura et aliis quibuscumque rebus et bonis ^{tuncquam}

tanquam specificè expressis. libere transibit, quo sibi placet
quous cessante impedimento.

De equis peccoribusq; vagabundis.

Item si aliquis homo vel incola, sive subditus utriusque
partis Ducatus, in alteram partem Ducatus, equum
aut bovem, vel vaccam vagabundam invenerit, et eam a
furte non reperuerit. Ex tunc a tali equo vagabundo in-
vento, illi qui invenit sex grossi, et a bove vel vacca tres
grossi ille cuius fuerint solvet et pagabit.

De homine cum penis fugientem in alium Ducatum.

Item si aliquis Nobilis vel terrigena aut oppidanus Duce-
tuum prædictuum de una parte in aliam partem cum
penis in quibus condemnatus fuerit, effugerit, et per iudicium
cui de hoc constabit illius partis Ducatus, ubi in penis con-
demnatus fuerat, approbatus fuerit. Ex tunc per Ducem
illius Ducatus ad quem fugit ad solvendum huiusmodi
penas debet compelli, aut ipsum restituere teneatur illi
Domino a quo fugit viceversa.